

256 CHYMICOR. PRINCIP.

ficiosa sapientia, την τεχνον σοφίαν, cum
igni suffuratur. ἀμύχανον γάλ λινό πυρὸς
αὐτὴν κτήσει τῷ θεοσύνην γενέσθ, id est, fieri
nullo modo poterat, ut quisquam illam
sapientiam, sine igne aut sibi vendica-
ret, aut ad suum usum reuocaret. Hunc
Galenus celebrat, multa efficere melio-
ra, & interdum latentem rerum natu-
ram detegere. Aquā itidem vel humo-
re est opus. Cūm enim ab Hippocrate
dicatur υγεασίν τεοφῆς οὐχιμα, cogitādum
est, aquam humectam, tenuē, fluidam,
alimenta per corporis vasa effusè tra-
ducere, & ijs cibis seu medicamentis,
quæ præparantur & elixantur, ad purio-
ris essentiæ separationem vnicè confer-
re. Sed quum de singulis his, & alijs, que
nos βεραχυλογίας studio p̄termittimus,
vir medicus philosophus, omni doctrina
eruditus, Andreas Libauius exactè
præcipiat, in primis cūm tanta lis inter
Medicos & Chymicos hac parte nō sit,
quin facilè dirimatur, ne actum
agamus, plura non dicam.

καὶ τῶν μετὰ σῆς
τῶν.

CON-

18. ad Pi.
sonem de
Theriaca.

De alimen-
tis, aph. 35.

In Alchy-
mia.